[ATTI NOTARILI REGISTRATI IN AYAZZO].

325.

1327, *Agosto* 15.

Contratto di navigazione verso la Romania.

Millesimo trecentesimo vigesimo septimo, mense Augusti die quintodecimo intrante. Aiacie.

Rogavit Lippus Rugerii burgensis in Famagosta Regni Cipri securitatem fieri ser Petro Flabastro de confinio Sancti Pantaleonis, de libris denariorum venecialium sexdecim grossorum complectis receptis pro eo et eius nomine, manu Stephani Beligno sancti Cassiani, qui quidem denarii sunt pro tota et integra ratione qua adinvicem facere habuerunt causatam pro viatico Romanie, quam eciam pro omnibus aliis juribus quibus quecumque modo in simul facere habuissent etc. Testes Nicoletus Barbadico et ser Marinus de Mittin (?)

326.

1327, *Agosto* 17.

Rob. Morosini vende a Pangrazio Giustiniani 60 *vasi d' oglio.*

Die decimo nono. Rogavit nobilis vir Robertus Mauroceno filius nobilis viri domini Nicolai Mauroceno de confinio Sancti Silvestri mercator in Aiacia, securitatum fieri Nobili viro Pangracio Justiniano habitatori Candide de libris denariorum venecialium octuagintaseptem soldis quinque et denario uno denariorum venecialium grossorum, qui denarii fuerunt pro pretio vassellorum sexaginta de oleo quos sibi vendidit; quos vero denari nomine ipsius ser Pangracii recepit manu ser Moysi Justiniano mercatoris in Ajacio etc. Testes dominus Petrus Gysi et Indrigetus mercatores in Ayacia.